Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

a talis gladii periculo possint evadere. Ex quibus patet
evadere quod veritas huius conclusionis quod rectores ecclesie manua-
liter non debent pugnare et tamen quod in civitatibus quandoque licite
alios ad bellandum provocare etc.

Secunda conclusio

Rectores ecclesie ad pia opera et presertim ad quedam
iusta bella possunt largas indulgentias ordinarie
concedere et sic eo modo homines hortari quod si non
conversionis sathane potestati tradere. Hec probatur quoniam ad eius
primam partem patet primo declaratione moralis luminis
ita in rebus humanis videmus quod in rerum affluentia habundat
potest alteri indigenti liberaliter dare. Cum ergo pro suis debitis
satisfaciat hec enim iustitia approbat. Qui ex talibus gra-
tuite sibi dans facit satisfactionem. Sicut ergo similiter
accidit in collatione indulgentiarum sequitur unde prime ven-
sendum de indulgentiis in ecclesia locum habere. Preterea ut
in conclusionibus theologice doctrine idem declarare magis congruentius
est videlicet advertendum quod fideles in ecclesia constituunt
quandam corporis mistici tamquam membra illius corporis in quo
multi in operibus prime super erogaverunt ad mensuram de-
bitorum suorum et eciam multas tribulationes iniuste sustinu-
erunt patienter per quas multitudo penarum poterat compensari
si eis debetur quorum merito tanta est copia quod omnes
penam criminibus debitam excedunt et precipue Christi meritum
corporis quod est infinitum. Sancti autem in quibus superhabunda-
tio meritorum invenitur non determinate pro isto qui remissione
indiget huius opera fecerunt sed communiter pro tota ecclesia sicut
apostolus 2a ad Chorinthios primo dicit se implere ea que desunt
de passione Christi in corpore suo pro ecclesia. Quia sequitur
predicta merita quia sunt toti ecclesie distribuere ea partem
ad arbitrium eius qui multitudinis preest per quod aliquis
consequitur remissionem pene si alius pro eo satisfecisset.
Ita eciam si ei satisfactio alterius per eum qui preest distribuatur.
[illegible] sequitur quod merita ecclesie que semper habundant ad istum
vel alium applicari ita quod remissionem consequitur.
Ad hoc autem quod ista applicentur loquendo in genere tria re-
quiruntur videlicet auctoritas dispensandi huius thesaurum
que per plenitudinem est in summo pontifice. In aliis vero
inferioribus prelatis quedam inferior participatione.